crificii carnibus manducare et posset mortem eva
dere ii. mac. ii; Villicus acquisivit discrete ami
cos de mamona iniquitatis nota luc. xvi. Per hoc
docet nos deus quod nos debemus amicos facere
qui nos recipiant quando nos deficere oportebit; Po
nit dominus exemplum de illo qui media nocte vadit
ad amicum ut petat aliquid ab eo. luc. xi; In pas
sione salvatoris facti sunt amici herodes et pilatus
luc. xxiii; Commota civitate epheso et confusa
quidam erant amici pauli miserunt ad eum rogantes
ne se daret in theatrum actuum xix

2 Ixati sunt pastores deierare adversus
pastores ysaac pro puteo quem foderant; idcirco
appellavit ysaac puteum inimicicias. gen. xxvi
Oderat super esau iacob pro benedicione qua benedixerat
ei pater. dixit quoque in corde suo venient dies luctus
patris mei et occidam iacob fratrem meum gen. xxvii;
Symeoni et levi dixit iacob turbastis me et odio
sum fecistis cananeis et phariseis habitatoribus terre
gen. xxxiiii; fratres ioseph oderant eum nec poterant
ei quicquam pacifice loqui gen. xxxviii; Oderunt
filios israel egiptii et affligebant illudentes eis atque
ad amaritudinem perducebant vitam illorum exo. i; Di
xit dominus ad moysen hostes vos sentiant madianite
et pertutite eos quia et ipsi hostiliter egerunt contra
vos et deceperunt insidiis per idolum phego. iiii.
xxxv; Per Prexerunt maiores natu de gala
ad ad repte dicentes; Esto princeps nostri quibus
respondit nonne vos estis qui odistis me et eiecistis
de domo patris mei et tunc venistis ad me necessitate
compulsi. Judic. xi; Videns saul in omnibus pro
ficere david factus est ei inimicus cunctis diebus. i. R. x

Ad m de lite odio discordia et rixa

viij; Thou rex amath audiens quod dauid expu
gnasset ad dadezer hostem suum misit ad eum fi
lium suum et gratias egit ei. ij. R. viij; Postquam amon
filius dauid oppresserat sororem suam thamar exo
sam habuit. ij. R. xiij; Tres aduersarios suscitauit
dominus solomoni postquam per peccatum suum adeo recessisset
iudz ad ad ydumeum zaron filium hehyada et iero
boam seruum suum. iij. R. xi; Cum hehyas argueret
achab pro iniqua morte naboth et ait achab ad
eum non inuenisti me inimicum tibi qui dixit inueni
iij. R. xxij; Achab odibat micheam dicens odi
eum quia non michi prophetat bonum sed malum iij. R.
xxij; Amputato capite holofernis dicit iudich.
laudate dominum qui non deseruit sperantes in se et inter
fecit in manu mea hostem proprio sui et proferens
caput holofernis ostendit illis. iudich. xiij; Tho
lomeus rex egypti noluit dolo obtinere regnum
alexandri et manifeste facte sunt inimicicie eius
i. macha. xi ante passionem saluatoris erant pi
latus et herodes inimici luc. xxiij;

Ex pace et concordia et unitate

Ex hoc

Alia animalia fecit deus in
principio diuersa scilicet masculum et feminam. hominem uero
fecit. unum. gen. j. et ex illo sunt omnes et singuli
procreati. ut scilicet unitatem pacis et concordie com
mendaret in homine; Copia diuitiarum temporalium
interdum sunt causa et occasio iurgiorum ut patet in pastoribus
abraham et loth gen. xiij; Item de ysaac et pa
storibus gerare gen. xxvi; Gratanter faciunt homines
pacem et meruit fedus cum potentibus. unde abi
meleth venit ad ysaac quando uidit eum prosperari ge.
xxvi; Cedendum est quandoque furori alterius sicut fecit
iacob quando fugit ab esau donec requiesceret furor eius
gen. xxvij; Finees et ceteri legati ad filios

ruben missi audientes excusationes eorum placati sunt
et verba ipsorum libenter susceperunt Josue. xxii; Quan-
uis absalon nimis nequiter egisset contra patrem
suum. tamen David melius uolebat pacem quam eius mor-
tem nam dixit. est ne pax puero absalon. ii. R. xviii;
Cum esset David sanctus et placens deo noluit tamen deus
ut edificaret sibi domum. sed filius pacificus. iii. R.
v^to. Multum laudandus est dominus quando dat statum
pacificum sicut fuit tempore salomonis iii. R. v^to. Dixit
salomon. Requiem dedit michi deus per circuitum et non
est satham neque occursus malus Sequitur benedictus deus.
Boni homines habent pacem ad inuicem. sed mali pug-
nant contra bonos et etiam contra malos alios. unde
inter roboam et ieroboam fuit bellum cunctis diebus
iii. R. xiiii; Vult dominus pacem: quia in pace factus
est locus eius; Misit ionathas legatos ad bachi-
dem componere pacem cum eo et tamen bachides fuerat
dux exercitus in quo occubuit iudas frater ionathe
i. mac. ix; Cum pacis que fuit tempore omnis summi
sacerdotis pulcre describitur. ii. mac. ii. videlicet ydoneitas
prelati prudentis et pii et bonitas subditorum; Vult
dominus proximis delinquentibus remitti septuagesies se-
pties Mt. xviii; Pacem annunciauerunt angeli na-
to domine luc. ii; Item dominus precepit discipulis pacem habere
Mt. ix; Item per ipsos annunciari. luc. x; Item pacem
eis reliquit io. xiiii; Item post resurrectionem pacem
eis obtulit. luc. xxiiii; io. xx; Quantum bonum sit
pax perpendi potest per paulum qui illud tam sollicite
in omnibus epistolis suis quibus scribebat optabat excep-
ta illa ad he. iii; qua illa nec nomen suum ex certa causa
nec saluationem premittit. non tamen quod dicturus pax vobis
preponit gratiam dicens gratia vobis et pax per quod

De unitate et coi consensu 96m

manifeste datur intelligi quod sine gratia dei pax vera
nunquam potest haberi impiis non est pax domino ibidem;

e Ex uno homine deus humanum
genus instituit ad commendandum hominibus quantum
ei grata sit etiam in pluribus unitas ut dicit augustinus
xii de ciuitate dei et subdit postea factus est homo
unus sed non relictus est solus; Auditis a moyse
verbis legis exo. xxiiii. respondit cunctus populus una
voce omnia verba que locutus est dominus faciemus; Ad fa
ciendum opus tabernaculi obtulit omnis multitudo
omnia necessaria mente promptissima atque deuota exo. x
xxv; Congregati sunt pariter omnes filii israel quasi vir
unus ad vindicandum flagitium erga uxorem leuite com
missum Iudicum xx; Inuasit timor populum et egressi
sunt quasi vir unus. s. succurrendum fratribus suis in iabes ga
laad obsessis. I. R. xi; Conuenit ad regem salomonem u
niuersus israel et tunc fuerunt archa et uasa delata in
templum solemniter dedicatum iii R. viii; Congregatus
est populus quasi vir unus in ierusalem. s. ad reedifi
candum templum quod fuerat a rege babilonis de
structum ii. esdre. ii; Congregatus est omnis populus
quasi vir vir unus ad plateam et dixerunt esdre ut
afferret librum legis moysi Nee. viii; Cum ex
posuisset athior omnia que dixerat holoferni omnis
populus cum lamentatione et fletu unanimes preces
suas domino fuderunt iudich. vi; Post mortem iude con
gregati sunt omnes amici eius et dixerunt ionathe ex quo
frater tuus defunctus est et c. nunc itaque te eligimus
hodie pro eo nobis principem et ducem ad bellandum
nostrum bellum. I. mac. ix; Post ascensionem domini erant
omnes perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus

et maria in re ihu et ita inuenit eos spus sanctus
actuum i. et ii; Punitis ad vocem pet. terribiliter
anania et uxore eius saphira factus est timor ma
gnus in vniuersa ecclia. et erant omnes vnanimiter
in porticu salomonis actuum v; Multitudinis crede
tium erat cor vnum. et aia vna nec quisquam eorum q
possidebat aliquid suum esse dicebat sed erant illis
oia conuiuia cha act. iiii

Primam discordiam inter homines mouit inuidia
inter chaym et abel gen. iiii. quia opa abel
iusta erat fris a iniqua et maligna. Pp multam
sbam abraham et loth fuit rixa inter pastores et
c gen. xiii; Viri sodomite qui vallauerunt domum
loth vim faciebant vel vehementissime. volentes co
gnoscere illos angelos in spe humana apparentes gen.
xix; Tumens iacob cum iurgio dixit ad labam q.
ob culpam meam sit exarsisti in me et scrutatus
es omnem supelectilem meam gen. xxxi. Occasione
dine facta est discordia magna inter filios iacob
et habitatores illius terre gen. xxxiiii; Multo
ciens iurgati sunt filii israel contra moysen in de
serto p° pro defectu potus exo. xvi. postea habito v°
cibo desideraverunt alium extediati enim manna petierunt
carnes iiii. xi. Item ad aquas contradictionis. iiii xxi;
Pro vxore leuite factum fuit magnum bellum inter israel et
filios beniamin. Judicum xx. Occiso per dauid philisteo
iratus est saul contra eum nec extunc cessauit persequi
eum. i. R. xv; Nimis inhonesta facta est discordia inter
absalon et patrem suum qui eam mouit suspensus fuit. ii
R. xviii; Due mulieres litigabant coram rege sa
lomone occasione vnius infantis quem vtraque pete
bat. iii R. iii; Mortuo salomone petiit populus a

Mlii
De discordia lite
et rixa

roboam filio eius alleviationem et non acquieuit ro-
boam et fecerunt sibi regem ieroboam et extunc facta sunt
multa bella inter reges israel et iuda iii. R. iii et deinceps.
Inter discipulos facta est contentio quis eorum videretur
esse maior. luc. xxii. et non placuit deo; litigabant ergo
iudei ad invicem dicentes quomodo potest hic nobis carnem
suam ad manducandum. Jo. vi. Murmur erat de domino
ihesu quidam dicebant quia bonus est et c. Jo. vii. Paulus
et barnabas in yconio predicantibus et multa miracula
facientibus divisa est multitudo civitatis et quidam
erant cum iudeis. quidam vero cum apostolis. actuum xiiii. Ex
casione iohannis marchi quem paulus nolebat ad
ministerium euvangelii recipere facta est dissentio inter pau-
lum et barnabam ita ut discederent ab invicem. actuum totum
pervenit ad profectum euvangelii. actuum xv. Item occasio
ne predicationis pauli commota est civitas tota et fa-
cta est concursio populi actuum xxi. Cum exclamasset
paulus in consilio viri fratres ego phariseus sum de
spe et resurrectione mortuorum ego iudicor facta est
dissensio inter phariseos et saduceos insoluta est multitudo
actuum xxiii.

De bono zelo contra peccatores

Quiebant filii israel iacob ad stuprum divine soro-
ris eorum oppresse gen. xxxiiii. Moyses fre-
git tabulas audiens voces cantantium et dire pu-
nivit delinquentes exo. xxxiii. Multum placuit
zelus deo phinees quando perfodit virum cum muliere
madianitide licet esset magni et nobiles nu. xxv.
Filii israel voluerunt dimicare contra filios ruben
et gad propter altare quod edificaverant. ios. xxii. Con-
fidenter arguit helias populum errantem et sacerdotes
baal fecit occidi. iii. R. xvii. Spiritus domini induit za-
chariam filium ioiade et stetit in conspectu populi stultis

servientes et dixit eis

seruientis · et dixit eis quare transgredimini preceptum
dni quod uobis non prodit et deliquistis dnm · ut
delinqueret vos · ii · pal' xxiiii; Neemias quosd' du
centes uxores alienigenas verberauit et c · Neem · x
iii; Mathathias zelo feruenti accensus trucidauit
virum sup altare · i · mac · ii; Johannes miro zelo di
cebat gemmina iuparum et c · Gt iii; Item quando
arguebat herode math xiiii · Gr vi · Increpans scri
bas et phariseos dns dixit eis · septies · ve Gt x
xiii · ~~actuum v~~; Pluries eiecit dns emites in
templo et verbo et facto · Jo ii; Nota de zelo petri contra
anamam actuum v; Stephanus bn erat accensus du
drent dura ceruice et c · vos sp spiritui sancto resi
stis actuum vii

de zelo indiscreto

Videns iosue famulus moysi duos homines in
castris prophare dixit dne mi moyses prohibe ios
at ille quid inquit emularis pro me · nu xi; Jo
nas indiscrete doluit sup hoc q ninive non fuit de
structa · Jon · i; Indiscrete licet feruenter dixit petrus
saluatori se passurum predicenti absit a te dne non erit
tibi h math xvi; Multum zelabant iudei pro obser
uatione sabbati qn videbant dnm die illo curantem infir
mos Gt xii · luc · vi · et xiii Gr iii · Jo · ix; Item
qn videbant discipulos eius spicas uellentes et ma
nibus confricantes Gt xii Gr luc · vi; Scribe a
plius zelabant pro traditionibus suis q pro diuinis
mandatis · Gt xv · Gr vii; Quidam de discipulis
infremebant contra mariam pro effusione unguenti
Gr xiiii; Audientes iacobus et iohannes q samaritani
non receperant nuncios dni dixerunt dne vis
dicimus ut ignis descendat de celo et consumat illos.

et conuersus dominus increpauit illos et dicit nescitis cuius
spiritus estis luc. ix; Nota de petro qui auriculam
amputauit seruo math. xxv luc. xxii; Item de
discipulis io. bap. io iii; Emulator erat paulus
per ternarum tradonum etc. no. actuum xviii; Iudei vi
dentes quod pene vniuersa ciuitas conueniat audire
verbum dei repleti zelo condicebant his que a paulo
dicebantur blasphemantes actuum xiii; De multis
dicit paulus ro. x. testimonium quod perhibeo illis quod emu
lationem quidem dei habent sed non secundum scientiam

De prima et discretione

40m

Abraham caute celauit veritatem quando dicit de vxore
soror mea gen. xii; xx; Prudenter separauit
a loth ne pastores adinuicem litigarent gen. xiii; Item
discrete diuisit filiis suis dum viueret portiones ne
post mortem suam adinuicem concertarent gen. xxv;
Sagaciter instruxit rebecca filium suum iacob ut bene
dictionem patris consequerentur et illum fecit recedere de
partibus illis donec requiesceret furor fratris
sui esau gen. xxvii; Pulcra arte deluisit sibi
dare mercedem pro seruicio competentem gen. xxxi;
Item sagaciter voluit compescere iram fratris per
munera que premisit et res diuisit ne simul totum per
deret et res minus dilectas maiori periculo expo
suit gen. xxxii; Prudenter locutus est ioseph
coram pharaone et somnium exponendo et dando con
silium contra futuram famem gen. xliii; Bonum
et discretum consilium dedit ietro moysi si de iudi
cibus constituendis exo. xxiii; Misit moy
ses exploratores qui considerarent terram promissionis
antequam illam inuaderet nu. xiii; Finees et alii nun
cii ad filios ruben missi discrete locuti fuerunt

et illi eos verbis prudentissime placauerunt. Jos
xxii; Dicentibus quibusdam de saule non poterit
saluare nos iste et despicientibus eum ille dissimu
labat se audire. J. R. x; Egrediebatur dd' ad omnia
quecumque misisset eum saul et prudenter se agebat. J.
R. xviii; Abigail prudenter placuit dauid iratum
contra nabal virum suum. I. Regum xxv; Sapiens mu
lier de abela fecit recedere ioab ab obsidione ciuita
tis. II. R. xx; Audiens bersabee quod adonias uole
bat regnare pro patre suo discrete locuta est ad da
uid pro se et salomone filio suo III. R. i; Multum
placuit deo quod salomon sapientiam postulauit III.
R. iii; Male accidit roboam qui discretorum viro
rum seniorum consilio non acquieuit. III. R. xii; Stu
diose egit iheu prophetas baal destruxit III. R. x;
Ezechias intelligens regem assiriorum contra
ierusalem aduenturum obturauit capita fontium extra
urbem reparauit muros ciuitatis bellatores suos
optimis sermonibus confortauit et deinde ad precan
dum dominum se conuertit II. paralip xxxii; Verbum
merito approbatum dixit zorobabel quod dicit super
omnia vincit veritas. II. esdre iiii; Thobias dedit
filio suo magna prudentie documenta et inter
alia dixit consilium a sapiente perquirere thob
iiii^to. De iudich dicebant serui holoferni, non
est talis mulier super terram in aspectu in pulcritudi
ne et in sensu verborum iudich xi; Sapienter
exposuit daniel visiones nabugodonosor da
nielis II. et III. et mira prudentia deprehendit illos
presbiteros qui contra susannam dixerant falsum testimonium

dan. xiiij; Innotuit iude machabeo q̄ nichanor
veniat cum dolo et q̄ uolebat eum rapere caute
et sustraxit se iudas et noluit amplius uidere
eum. j. mac. vij; Septem illi fratres cum pia matre
sua in uerbis q̄ inuicem et tiranis dicebant miram
sapiam se habuisse demonstrant. ij. mac. vij; Constitu
ta fuit dies in qua iudas cum nicanore loqueretur
quod precepit autem iudas armatos esse in locis o
pportunis ne forte ab hostibus repente aliquid
mali oriretur. ij. mach. xiiij; Mire discretionis ver
ba habuit virgo beata loquens cum angelo cogitabat
qualis esset ista salutatio et quomodo fiet istud quoniam
virum non cognosco luc. j; Mirabantur doctores
super prudentiam et mensis saluatoris luc. ij; Lau
datur villicus qui prudenter egit. luc. xvi;
Pulcre delusit xpus curiosam interrogationem sacer
dotum querentium in qua potestate illa miracula fa
ciebat et ille ait interrogabo uos et ego et cetera mt.
xxi; Prudentia pauli in multis locis apparet quando
declinauit insidias actuum xx; Item quando dixit se
phariseum xxiiij; Item quando fecit nunciari tribuno
uota iudeorum xxiij; Item quando ipse aduertens
malicias iudeorum et iudicum suorum cesarem ap
pellauit actuum xxvi;

De astucia et cali
ditate mala

hi^m

Primum magistrum malicie et caliditatis patet
fuisse diabolum in serpente qui cum esset calidi
or cunctis animantibus primam mulierem seducit non
enim voluit aggredi virum primum quem sciebat ma
iori discretione dotatum gen. iiij; Multociens
voluit labam seducere iacob mo in uxore mo in

mercede gen. xxix et xxx. sed dominus in fraude cui
uenientium illi affuit sap. x; Rachel delusit patrem
suum gen. xxx; Callide suaserunt filii iacob
sementes obstuprum dine sichem et populum ciuitatis
circidi quo facto eos feliciter occiderunt gen. x
xxiiii; Diuersas astutias excogitauit pharaon
filios israel delendi totaliter exo. i. et eos in egip
to retinendi exo. v; Videns balaat quod filios israel
non poterat fortitudine vincere voluit eos male
dicere balaam superare nu. xxii; Gabaonite cal
lide euaserunt ne penitus delerentur iosue. ix;
Cauerant philistini ne faber ferrarius inueni
retur in omni terra israel ne forte hebrei facerent
gladium aut lanceam iii. R. xiii; Malitiose
dedit saul michol filiam suam ut patet i. R. xviii;
Magnam fraudem consuluit amon filio dauid
ionadab quando dixit ut langorem simularet et per hoc
haberet occasionem habendi thamar sororem suam solam ii.
R. xiii; Absalon volens vindicare stuprum
sororis sue parauit conuiuium et amon inuitauit
et ibi eum occidi fecit ii. xiii; Ambiens absa
lon regnum patris malitiose adulabatur populo ii.
R. xv; Malitiose fecit ieroboam duos uitu
los aureos ad retinendum populum ne sacrificaret in
ierusalem iii. R. xii; Callide colloquauit giezi pe
titionem suam quando dixit naaman dominus meus misit me
ad te dicens modo venerunt duo adolescentes ad me
de filiis prophetarum et c. iiii. R. v; Scelerata iezabel
crudeli astutia vsa est ut acquireret vineam naboth
viro suo iii. R. xxi; Dolose regnauit athalia
mater athaie regis iuda que videns mortuum filium

suum interfecit omne semen regium et regnauit sex
annis iiij R. xi; Scribus aman iudeos quod mardo-
cheus nolebat ipsum adorare occasione eius suasit
regi per mendacia ut totus iudeorum populus deleretur
hester iij; Quia satha non poterat coram domino vir-
tutes sancti omnino negare voluit intentionem eius de-
prauare callide dicens numquid frustra iob timet deum
iob i; Nota etiam quod vna die totum ei abstu-
lit et sic nuntios venire fecit ut ut multi dolo-
re per impaciam frangeretur; Principes et satrape
regis persarum procurauerunt fieri decretum contra quod cogi-
tabant danielem venire ut hac arte ipsum a re-
ge auerterent daniel vi; Nota dolum et nequiciam
duorum senum prebendarum contra susannam daniel xiij;
Qua intentione herodes miserit magos in bethleem
et cetera apparet in occisionibus puerorum math ii; Nota
quod phisei conabantur ihesum capere in sermone.
Quod xxij magister scimus quia verax et cetera; Varios
circuitus fecerunt phisei ut possent facere confiteri
illum cecum natum quod esset illuminatus a christo Jo ix; Judei
dederunt custodibus sepulcri pecuniam copiosam ut
dicerent de nocte sublatum math xxviij; Ana-
nias de pretio agri fraudauit act v; Quoniam verbum
domini per paulum et barnabam disseminabatur concitaue-
runt iudei religiosas mulieres et honestas et
excitauerunt persecutionem in illos et de suis finibus eiecerunt
act xiij; Cum paulus et barnabas essent in ciuita-
te lisstris et tantam haberent graciam quod homines ipsis tamquam
diis sacrificare voluerunt superuenerunt quidam iudei qui taliter
persuaserunt turbis quod paulus fuit hic lapidatus et
extra ciuitatem tractus putabatur esse mortuus act xiiij; Judei

malitiose cogitauerunt petere a tribuno ut paulum pro
duceret in medio qui ad certum inquisitum essent ab eo. Insi
diabantur autem ei multi qui uolebant eum statim interficere
et ad hoc etiam obligauerant se per uotum actuum xxiiii.

Audiens iacob somnia

Ioseph increpabat eum ne fratrum suorum contra se inui
diam suscitaret gen. xxxvii. Blasphemus
fuit in deserto lapidatus filius mulieris israeli
tidis de viro egiptio generatus tales filii male fre
quenter instruuntur leuit. xxiiii. Precepit dominus per
moysen ut filii israel docerent filios suos ea que
ipsi uiderant deut. iiii. Contumax filius et proter
uus et parentum imperio obedire contemnens precipitur
a moyse per populum lapidari deut. xxi. Heli sacerdos
male corripuit filios suos. i. R. ii. ideo tam ipse quam
illi sunt a deo puniti. i. R. iiii. Adonias filius agith
male fuit a patre suo dauid correptus. et idcirco
in superbiam elatus regnare uoluit. iii. R. i. et
tandem a fratre suo regnante occisus fuit. iii. R. ii.
Appropinquans ad mortem dauid diligenter instru
xit salomonem filium suum qui post eum regnare
debebat ii. paralip. xxviii. Thobias senior
filium suum ab infantia sua deum timere docuit et
abstinere ab omni peccato. Thob. i. iiii. xiiii. Parentes
sare uxoris thobie iuniores instruxerunt eam mo
nentes honorare socros. diligere maritum. regere fa
miliam gubernare domum et se ipsam irreprehensibilem
exhibere thob. x. Sollicite curabat iob de liberis
suis qui cum simul comedissent offerebat holocausta pro
singulis ne forte peccassent. Iob. i. Parentes susan
ne cum essent iusti erudierunt filiam suam secundum legem

Hic
De eruditione liberorum

moysi. daniel' xiii; Mathathias monens fili
os suos instruxit salubriter et contra impios a
nimauit. j. mac. ii; Supra modum mr mira
bilis q̄ pereuntes. vii. filios sub vnius diei tpe co
spiciens singlos hortabat voce patria dicens nescio
qualiter in utero meo et c̄ ii mac. vii;

q bonus consilius no
acquiescere periculosum est

h3m

a ngli dederunt loth bonum co
silium q̄ s exiret de sodomis et gm̄ sui q̄
exire noluerunt perierunt cum sodomitis. vxor
aut eius retro respiciens vsa est in statuam salis.
Ipse ei lot qui iuxta consilium angli noluit stati
ascendere in monte cum ppriis filiabus peccauit gen. xix.
Quale accidit filiis israel qui contra preceptum dni ascen
derunt in monte nu. xiiii; Stulte fecerunt filii be
iamin qn̄ no tradiderunt ipos q̄ id flagitium perpetrauerunt
in vxore leuite q̄ pro ea pene fuerunt omnes oc
cisi iud. xxii; Roboam magnam ptem perdidit
ppli q̄ sano consilio seniorum acquiescere noluit. ii. R.
xiii; Fidele consilium dedit athior holoferni quod
ille contempsit et paulopost fuit occisus et eius exercitus
cum damno et confusione fugatus Iud. v. Fideliter
nunciauit iohannam filius caree godolie q̄ hismael fi
lius mathanie volebat eum interficere q̄ rndit ei flm̄ loq
uis de hysmaele. in mense aut septimo venit hys
mael et occidit godoliam postq̄ comedit cum eo. Jeremie
xli. Consilium meum tibi placeat et peccata tua elemosinis
redime dicit daniel nabugodonosor regi q̄ no acquieuit
et mutus est in bestiam daniel' iiii; Vadens in galaad iu
das machabeus reliquit iosephum et zachariam duces
ppli et dicit eis nolite bellum committere aduersus gens donec re
uertamur illi uero noluerunt facere sibi nomen et perdiderunt res et

nom̄ n. mat. v. / Judas machabeꝰ hebat ſcm̄ ottinge
tos uxos tm̄ adiſaziꝰ ilo ꝛat ꝓpn̄ nulla et aute
bat cū ſorꝫ ſm̄ ne ꝓpugnaret et r. ſꝫ alias cōſiga
to ꝯꝛatu qm̄ noluit acceſſe cor cōſilio et ī illo bello
cecidit et cet̄ fugerunt / mat. v. Nonne cōſiliū de
dit pilato uxor ſua ſꝫ non acqeuit mat̄ timēs re
ſaze offendē p̄ uſtm̄ ſanctm̄ qdēnare m̄. ꝓpn̄ Jo ꝓpe
ſ uſpiratꝫ ē labia
p̄ iacob furatꝫ fuiſſet ydola ſua et obꝫ ſtau
tatꝫ ē oēm ſuppellectile ſuā ꝛpn̄ ꝓpe / Jacob vi
dens veſtim̄ ioſeph putauit eū a fera deuoratū
ꝛpn̄ ꝓpe / Credidit ſtcs ioſeph p̄ vellet eos
ſubire ſeruitutī tm̄ faciebat eos introduci ad re
medd̄ ꝛpn̄ ꝓpe / ffilii iſr̄ multū turbati fue
runt p̄ altore p̄d turbente et traddite edifica uerat
ingratos tam et putates p̄ ipi vellet ſe ab eoꝝ
cetu penitꝫ ſeparare ceſſue ꝓpn̄ / Heli videns an
nam labia mouē et mētē ꝑfice eſtimauit ea temu
lētam ſ. pl / Satrape dixit ad achis p̄ ꝓpel
lēt dd̄ ne forte tranſfugaret ad ſaulē / Cū muſ
ſꝫ dauid mitios ad conſolād̄ animꝫ ſō morte pa
tris ſui principes illiꝰ putauerunt p̄ veniſſet ad
explorād̄ ciuitatē et dehoneſtauerunt eos n. p
d. et diſpluit dd̄ / Impoſuit aſſuerus aman p̄
ipd̄ p̄ncipe vellet regina ozīnē hebr. vii / Tor
tores helcazari putauerunt iuba q̄ dixerat dra p
arrogā n. mat. vi / Videtes diſcipli ꝓpn̄
ambulāte ſup̄ mare putauerunt fantaſma ee
et clamauerunt p̄ ꝓpn̄ / Symon fuit ſtā dum
ꝛatꝫ videns mulierē iacētē ad pedes dm̄ lut.
vii / dd̄ q̄ nullꝫ male ſentiat de alio valet

Dē ſimplicitate male
cogitātiū medulla

exemplum quod adduxit xpus de phariseo iactante se
et humili publicano luc. xviii; Apostoli repleti spiritu
sancto a multis ebrii reputabantur actuum ii; Omnes
discipuli xpiani timebant saulum post conversionem suam
non credentes quod esset discipulus donec barnabas duxit
illum ad apostolos et narravit eis quomodo in via videsset
dominum act. ix; Videntes barbari viperam ad manum
pendentem reputabant homicidam actuum xxviii;

Iacob permisit ben
iamin filium tenere dilectum duci in egiptum pro
necessitate victualium gen. xliii; ~~Constituit david super~~
~~populum~~ Moyses permisit dari libellum repudii uxori
bus odiosis iudeorum quia timebat maius malum, s.
uxoricidium deut. xxiiii; Constituit david super populum tribu
nos et centuriones et dixit egrediar vobiscum et ren
dit populus non exibis quia tu unus pro decem milibus
computaris; melius est igitur ut sis nobis in urbe presidio
ad quos rex ait quod vobis videtur bonum hoc faciam ii. r.
xviii; Cognovit symon quod tripho cum dolo loqueretur pe
tens duos filios ionathe et centum talenta argenti
iussit tamen dari argentum et puros ne forte adversum
se populus inimicitiam concitaret i. mac. xiii;

Abraham volens separari a loth nepote suo dedit
optionem ut eligeret quamcumque partem vellet gen. xiii;
sic potest pulchre partitio fieri maior dividat et minor eli
gat; Testimonio domini iustam rem postulaverunt filie sa
phaad que in hereditate paterna succedere a moyse peti
erunt nu. xxvii; Rex adombesech comprehensus a filiis
israel dixit septuaginta reges amputatis manuum
et pedum summitatibus colligebant sub mensa ciborum
reliquias sicut feci ita reddi mihi dominus iudicium i; Dixit david

Quod sancti viri permittuntur aliqui furiosi non liberi

44m

De iustitia et equitate

46m

ad saul qui eum persequebatur. dns retribuet unicuique
secundum iustitiam suam et fidem i. R. xvi; Noluit dauid
gratis accipere. a reuma iebusto aream quam habere
uolebat sed iusto pretio mediante ii R. xxiiii; Timuit
thobias edere de illo agno timens ne furtiuus esset; thob.
ii; Aman suspensus fuit in eodem patibulo quod parauerat
mardocheo. hest. vii et viii; Viri qui accusauerunt da
nielem iussu darii regi missi sunt in lacu leonum et non
peruenerunt usque ad pauimentum laci donec acciperent eos
leones daniel. vi. Simile alia vice xiiii; Fecit
populus illis duobus presbiteris sicut facere cogitauerunt susan
ne daniel. xiii. nota; In eodem loco quo andronicus
occiderat summum sacerdotem fecit eum purpura exutum
anthiocus uita priuari ii. mac. iiii; Impius iason qui
in sepultos abiecerat multos ipse inlamentatus et in
sepultus abiecit. nec patricia nec peregrina habuit sepul
turam. ii. mac. v. Anthiocus homicida et blaphe
mus pessime percussus et ut ipse multos tractauerat
peregre in montibus miserabilis uita defunctus est
ii. mac. ix; A seruo qui noluit dimittere conseruo suo
c. denarios merito repetiit dns uniuersum debitum
quod liberaliter illi prius dimiserat mathei xviii;
c ausam quam nescit
iudex debet diligenter inuestigare iob xxx; Vn
deus quem latere nichil potest dicitur descendisse ut videret
ciuitatem quam edificabant filii adam gen. xi. Item
xviii. Descendam et uidebo utrum clamorem qui ad me
uenit opere compleuerint; Iniuste precepit iudas
thamar nurum suam comburi gen. xxxviii; Dominus
ioseph nimium credulus verbis uxoris misit eum
in carcerem gen. xxxix; Quomodo per mendres iu

hm
De iudiciis hominum
rectis aut prauis

dices et maiora p maiores debet diffiniri iuxta
illud quo consuluit ietro moysi exo. xviii; De duo
decim bobus et sex plaustris nullum dedit moyses fi
liis cahath licet essent sibi propinquiores sed totum dedit
aliis leuitis eo quod isti amplius indigebant qui grauio
ra portabant. iiii. vii; Dixit dominus moysi homo cum
mortuus fuerit absque filio ad filiam eius transibit heredi
tas iiii. xxvii; De filiis samuel dicitur i. regum viii;
declinauerunt post auariciam acceperunt quoque munera
et peruerterent iudicium; Iniuste protulit dauid sententiam
contra mifibozeth absentem ad verbum sibe ipsi dauid
offerentis exemplum. ii. R. vi; et nota quod postea cognita
veritate noluit iniquam sententiam penitus reuocare. ii. R. xx
ix; Constituit iosaphat rex iuda iudices terre pri
cipiens eis iudetis iudete quid faciatis; non enim
hominis exercetis iudicium sed domini quodcumque iudicaue
ritis in uos redundabit sit timor domini vobiscum
et c. ii. paralip. xix; Ad suggestionem aman rex
assuerus iniuste dixit de populo quod placet hester. iii. de
iudicibus israel. ysaye i. et quasi per totum principes
infideles socii furium et c.; Principes populi roga
bant sedechiam ut occideret ieremiam quia dicebat
eis veritatem. s. de capienda ciuitate a caldeis iere
mie xxxviii; Nabugodonosor precepit ut omnes
perirent sapientes babylonis propter hoc quod non potue
runt ei iudicare sua somnia daniel ii; ecce quam
pessime motus erat; Quamuis darius rex persarum
sciret danielem esse innocentem tamen ad instantiam satra
parum fecit eum mitti in lacum leonum dan. viii; Si
mile accidit. xiii; Discrete examinauit daniel
duos senes qui contra susannam iniquum tulerant testimonium

daniel' xiii; Menelaus fuit p pecuniam liberatus
et accusatores eius in qua morte dampnati .ii.
mac. iii; Item de in qua morte onye eod'; Crude
le iudicium tulit herodes contra innocentes Ro. ii; Ad
petitionem unius saltatricis herodes ihesum decollari
fecit cum tamen sciret eum virum iustum et sanctum. Ro.
vi; Dixit nichodemus phariseis numquid lex
vestra iudicat hominem nisi audierit prius ab ipso et co
gnoverit quid faciat .. io. vii; Nequissimum fuit iudi
cium quando pilatus dimisit barrabam homicidam
et ihesum tradidit voluntati iudeorum Ro. xxvii;
luc. xxiii. Jo. xix; Princeps sacerdotum precepit
percutere os pauli tam paulus ait percutiet te deus
paries dealbate et tu sedens iudicas me secundum le
gem et contra legem iubes me percuti actuum xxiii;
Dixit festus prises non est consuetudo romanis
damnare alium hominem priusquam is qui accusatur
presentes habeat accusatores locumque defendendi ad
abluenda crimina act. xxv; Paulus volens in quem
iudicium festi evadere cesarem appellavit act. xxvi; 48m

Quamdiu maria mansit

De penitencia

extra castra non processerunt filii israel per desertum
nu. xii; Non enim est bonum ire per desertum huius vite
sine amaritudine penitencie; Audiens populus dominum iratum
propter murmurationes eorum luxit nimis et in mane volue
runt plus facere quam dominus preciperet eis nu. xiii; Ad vo
cem angeli in properantis populo beneficia dei elevaverunt
omnes vocem suam et fleverunt; Judic. ii; Dixerunt
filii israel ad dominum peccavimus tu redde nobis quicquid
tibi placet et omnia ydola proiecerunt, sequitur qui doluit
super miseriis eorum iudicum x; Cito penituit dd

qn̄ natham ipm̄ de crimine reprehendit ii. R. xii; Ach
ab sceleratissimus operuit carnem suam cilicio ieiunauit
q̄ et dormiuit in sacco et ambulauit demisso capi
te et immorata est pena illi digne pro crimine infligen
da iii. R. xxi; Manasses rex iuda vinctus cathe
nis et in babylonem ductus egit pniam valde coram
dno et reduxit eum dns in ihrlm̄ in regnum suum ii.
paral' xxxiii; In laude iudich dr̄ q ieiunabat om̄
bus diebus vite sue pt̄ sabbata et neomenias et
festa domus israel iudic. viii. et hebat cilicium sr̄
lumbos suos; Job quamuis iustus et simplex et
rectus tn̄ agebat pniam in fauilla et cinere
hoc est q multos qui sunt magni peccatores tn̄ nolunt
pniam amplecti; Niniuite crediderunt dno ad p
dicationem ione et pdicauerunt ieiunium et vestiti sunt
sacco a minore usq ad maiorem Jon. ii; Appropinquante
exercitu thimothei machabeus et qui cum illo erant
deprecabantur deum caput terra aspergentes lumbos q
ciliciis pcincti ad altaris trepidiem pvoluti
vt sibi esset propicius et inimicis eorum inimicus ii.
mac. x; Johannes ex iustis parentibus natus in vtero
sanctificatus fugit in desertum ibi tam austeram vitam ducens
q dicebatur neq comedens neq bibens Mt. xi; et addit
bernardus plane neq vestiens quia pili camelorum non
sunt vestis humana; Quam libenter saluator recipiat
peccatores ad pniam pz q sua pdicatio a pnia incep
Mt. iiii; Item ad hoc asserit se venisse luc. v; Item
hoc ipm̄ p opa demonstrabat exemplum de maria matheo
petro. Item zacheo; Item p similitudines quas pone
bat de oue q periit de dragma perdita de filio prodigo

luc. xv. Comminatur saluator penitentiam negligentibus
et dicentibus si non penitentiam egeritis omnes simul peri
bitis luc. xiii. Ad exemplum ouis et dragme dixit dominus
gaudium est in celis super vno peccatore penitentiam agente
luc. xv. Leue et breuem penitentiam iniunxit dominus mulie
ri in adulterio deprehense vade et amplius noli pec
care Jo. viii. Judas penitentia ductus retulit xxx.ta
argenteos dicens peccaui etc. Mt. xxvii. Petrus
xpm negauit et postea fleuit amare mathei xx
vi. Mr. xiiii. et non quod luc. xxii addit conuersus dominus
respexit petrum. Querentibus quibusdam iudeis cor
de compunctis quid faciemus viri fratres ait petrus
penitentiam agite et baptizetur vnusquisque vestrum act.
ii. Auditis rationibus petri quare uierat ad cornelium
et eum baptizauerat tacuerunt fratres et glorificauerunt
deum dicentes ergo et gentibus dedit deus penitentiam ad
vitam actiuum xi.

49m
de honore patris

Beni et iaphet benedictionem patris meruerunt quia
nudato obsequium prebuerunt. Chani uero maledi
ctus fuit quia patris nuditatem derisit. gen. xi. Ma
gne reputationis erat apud antiquos benedictio patris
ut patet in iacob et esau gen. xxvii. Quis esau
esset malus homo reprobatus a deo et odio haberet fratrem suum
tamen nolebat eum occidere viuente patre. vnde dicebat ve
nient dies luctus patris in hoc defferens pater et
timens offensam eius. gen. xxvii. Ad magnam penam
se obligabat iudas dicens patri suo de beniamin nisi
reduxero et tradidero tibi ero peccati reus iuste omni tempore
gen. xliii. Nota quod xlii capitulo dixerat ruben duos
filios meos interfice si non reduxero illum tibi tamen pater non
acquieuit ei sed potius iude. Item ipse iudas postea

supplicans ioseph nolebat ad prem sine puero redi
re gen. xliiii; Jacob benedicens filios suos dicit. rube
non crescas effusus e sicut aqua quia ascendisti cubile
patris tui et maculasti stratum eius gen. xlix; Nota
de filio contumace deut. xxxi; Reddit dominus malum
quod fecerat abimelech contra prem suum interfectis septua
ginta fratribus suis Judic. ix; Non audierunt filii he
li prem ipsos filios corripientes; ideo divinam ultio
nem experti sunt. i. regum. ii. et iiii; Et ionathas gu
stavit paululum mellis contra inhibitionem patris fu
it morti condemnatus sed a populo liberatus. i. R. xiiii;
David a facie saul fugiens et in magna necessitate
existens habuit curam parentum suorum et recommendavit
eos diligenter apud regem moab. i. R. xxii; Absa
lon prem de regno expellere laboravit. sed sibi pessi
me postea successit ii. R. xv. et deinceps; Veni
enti matri salomonis assurrexit rex adoravit quia
eam et positus e tronus matri eius etc. iii. R. ii;
Duo filii senuacherub interfecerunt eum tamen neuter eorum
regnavit post eum iiii. R. xix; Thobias filium suum
instruens dicebat cum acceperit deus animam meam corpus
meum sepeli et honori habebis matrem tuam omnibus diebus
vite tue thob. iiii; Eitiens dominus de templo ementes
et vendentes etc. dicebat. Nolite facere domum patris
mei domum negotiationis. Jo. ii; In hoc et aliis ho
norem patris querens; Puer ihesus descendit cum matre sua
et ioseph et venit nazareth et subditus erat illis.
luc. ii; Ipse etiam dixit. Jo. viii. honorifico prem
meum; Item dominus in cruce pendens matrem suam dilecto
discipulo commendavit. Jo. xix; In quo apparet quale
sollicitudinem gerebat de ipsa qui in tali articulo
existens de ea taliter cogitabat etc.

57

De gratiis agendis pro beneficiis dei

Sollicite agebat gratias
deo iacob dicens gen. xxxii; domine minor sum
cunctis miserationibus tuis; Voluit dominus ut liberatio filio
rum israel numquam excideret a memoria eorum. exo. xiiii;
erit quasi signum in manu tua et quasi monumentum
ante oculos tuos ut lex domini semper sit in ore tuo;
Post transitum maris rubri cecinit moyses et filii
israel exo. xv; Obtenta de inimicis mirabili victoria
venerunt ad moysen principes exercitus israel dicen
tes quod nullus fuerat de filiis israel in bello occisus. et
tamen hominum et animalium rapuerunt magnam predam nu.
xxxi et ob hanc causam magna donaria domino obtule
runt; Precepit dominus ut post transitum iordanis mira
culosum ponerentur xii lapides duri in perpetuum momi
mentum ios. iiii; Orauit et laudauit anna dominum pro
filio sibi dato. i Reg. ii; Quamuis filii israel in preliis vbi vin
cebant fortiter dimicarent. dicebatur tamen dominus percu
tere inimicos. ut laus deo attribueretur. Iudic. xx; Au
diens dauid reuelationem factam nathan de regni
sui duratione gratias egit valde humiliter et deuote
ii Reg. vii. Quod multum laudandus est dominus qui dat populo bonum
principem uel prelatum. iii Reg. v. benedictus deus qui
dedit dauid filium sapientissimum super hunc populum pluri
mum; Cum thobias recuperasset uisum uxor eius
et omnes qui sciebant glorificabant deum Thob. xi;
Omnis populus post victoriam de exercitu holofernis habita
uenit in ierusalem adorare dominum iudich. xvi; De
uote exsoluerunt laudes alii tres pueri de incendio
liberati. non Daniel. iiii; Iudas machabeus et populus
ierosolimorum scripserunt aristobolo dicentes de
magnis periculis liberati a deo. magnifice gratias agi
mus ipsi. ii mach. i; Item in hymnis et confessionibus

benedicebat dnm et c. ii. mac. x. In uoce deuotissime
laudis prorupit virgo beata qn dixit Magnificat et c.
luc. i. Hoc etiam faciebat saluator qn aliquod magnum
opus uolebat facere ut pz in panum multiplicatione Mt. xiii.
iii. Jo. vi. In lazari suscitatione Jo. xi. et in eucaristie in-
stitutione Mt. xxvi. luc. xxii. Noto Jo. ba. laudauit
deum pr eius dicens benedictus dominus deus israel et c. luc. i.
Accepit symeon puerum ihm in ulnas suas et bene-
dixit deum luc. ii. Sic faciebat turbe paralitico curato
luc. vii. Mt. ix. Item filio uidue suscitato luc. vii.
Item unus de decem leprosis mundatis cecidit regressus
in faciem ante pedes eius gratiam agens luc. xvii. Clau-
dus a petro sanatus ambulans et exiliens laudabat
deum actuum iii. no. Gratias agebat paulus pro beneficiis
sibi et aliis collatis a deo. sibi quidem in sua conuersione thi-
mo. i. gratias ago deo qui me confortauit in xpo qui
prius fui blaphemus et persecutor et contumeliosus. sed misericordiam
dei consecutus sum. Item in sua conuersatione i. cor. ii. deo
gratias qui semper triumphat nos in xpo ihu. et c. Item pro benefi-
ciis aliis collatis Ro. i. primum quidem gratias ago pro omnibus
uobis quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Item
gratias agere in omnibus admonebat. eph. v. gratias agen-
tes semper pro omnibus

De gratiis agendis pro beneficiis ab hominibus receptis
Sm

Ex sodomorum multa obtulit abraham. sed ille
non recepit. tamen uoluit ut socii sui partem habe-
rent de preda tanquam eorum suffragio non ingratus ge-
xiii. Videns laban iocalia que seruus abraham de-
derat rebecce filie sue dixit ingredere benedicte domine mi. Jo.
gen. xxiiii. Dixit laban ad iacob gen. xxix. nunquid
quia frater meus es gratis serues mihi. Pharao multum fuit
gratus ioseph pro expositione somnii gen. xli. Valde sollicitus

fuit iosue ne raab q̄ nuncios abscondat ciuitate ie
rico ruente periret iosue vi; Et cineus bn̄ se hiuit
ad filios isrl̄ pepercit ei saul qn̄ destruxit amalech i.
R. xv; Dixit dauid ad abiathar cuius pat̄ dilexerat
dauid mane mecū et ne timeas si quis q̄sierit
aīam tuā et q̄ret et meā i. R. ii; Pp̄ amorē io
nathe cōstituit dauid mifiboseth filiū eius cōiuiuā
mense sue ii. R. x; Regina saba multa munera
obtulit salomoni ille uo dedit ei omnia q̄ petiuit
et c̄. iii. R. x; Helyas compassus fuit uidue apud
quā sustentabat̄ et eius filiū suscitauit iii. R. x
viii; Allegauit abdias benefi^m quod cōtulerat
prophetis dn̄i qn̄ q̄rebat̄ ad mortē ad hoc q̄ hely
as nuncium periculosū ei nunciare non deberet iii. R. x
viii; Ascensurus in celū helyas bn̄ remunerauit dis
cipulū suū helyseū iii. R. ii; Benigne se obtulit
helyseus sunamiti ut pro eo loqret̄; Itē filiū i
petrauit et suscitauit iiii. R. iiii; Naamā munda
tus alep̄ obtulit munera helyseo sz non recepit
iiii. R. v; Accusatores iudeorū erat ~~mi~~ meores
etiam salis quod comedant i palatio et c̄. i. esd̄.
iiii; Thobias minor cū multa gratitudine re
tulit pat̄ bn̄ficia p angelū recepta Thob. xii;
Hester regina non fuit ingrata mardocheo nu
tritori suo. hest̄ iiii et v. Nabugodonosor p sōnij
expōe honorauit danielē; Bz̄ balthasar pro
expōe scripture quā uiderat in pariete dan̄ ii. et v;
Seniores iudeorū dixerunt ihū de centurio p seruo
suo rogante dignus ē ut h̄ illi prestes diligit
enī gentē nr̄am et ~~signagoga~~ sinagogā edifi
cauit nob̄ luc̄ vii; Pie recognoscebat paulus

beneficia ꝛ gal' iiii. sicut angelum recepistis me. Item
phil' iiii. repletus sum acceptis ab epifrodito que
misistis in odorem suavitatis. Item thimo. i. regra
tiatur onefifori qui sepe eum refrigeravit. Item one
simo qui sibi ministravit in carcere etc.

De ingratitudine

62

Prepositus pincernarum succedentibus prosperis oblitus
est ioseph. gen. xl. Dixerunt filii israel ad a
aron moram faciente moyse descendendi de monte
fac nobis dominos etc. exo. xx. xii. cito videbantur
obliti beneficiorum que receperant a vero deo. Item cibus
eis de celo datus vertebatur in tedium ut videbatur
nu. xi. Angelus improperavit eis beneficia a deo sibi col
lata. Judicum ii. Multa beneficia recepit saul a dd
et modis quibus poterat ipsum occidere conabatur. i. R.
xvii. et post quasi per totum. Pro honore reddiderunt filii
amon contumeliam nunciis dd. no. ii. R. x. Multum
fuerunt ingrati david et ioab fidelitati urie quorum
primus litteras mortis dedit et alter crudeliter excecu
tus est. ii. R. xi. Postquam david pepercit filio suo
absalon super homicidio quod commiserat in fratrem suum
surrexit tamen postea contra patrem suum. ii. R. xv. Non
fuit david bene memor amicicie quam contraxerat cum
ionatha quando nimis cito filium eius exheredavit. ii.
R. xvi. Sublimavit dominus ieroboam super x tribus
et ille libidine dominandi elatus populum avertit a cul
tu dei iii. R. xii. Helyseus multa bona fecerat
regi israel et toti populo tamen propter caristiam voluit et pre
cepit caput amputari. iii. Regum vi. Conquerendo
dicit dominus de populo iudeorum filios enutrivi enutrivi et
exaltavi ipsi autem spreverunt me. ysa. i. et coniuncit eos
esse nimis gratos bestiis subdens. cognovit bos
possessorem suum et asinus presepe domini sui israel autem me

non cognouit dixit dominus; De decem leprosis munda
tis est unus tantum reversus gratias egit. luc. xvii; In
grati fuerunt paulo domini puelle phitonisse a qua paulus
spiritum malum eiecit; magis doluerunt de questu amis
so quam gauisi sunt de demone expulso actuum xvi;

b alaath rex moab

multum dolebat quando balaam bona dicebat
de filiis israel. nec eum honorauit sicut fecisset si
sibi uerba placentia dixisset. nu. xxiiii; decreueram
magnifice honorare te etc. Iratus est saul contra
ionatham excusantem dicendo in ueritate tamquam innocentem. i.
Reg. xx; Achaz oderat mitheam quia dicebat sibi ueri
tatem; ego inquit odi eum quia non prophetat mihi bonum
sed malum. ii. regum xxii; Ad imperium regis ioas
lapidatus est zacharias filius ioaide qui regem
et principes arguebat pro quod dominum reliquissent
ii. paralip. xxii; Contra achior dicentem ueritatem
de potentia dei indignati sunt et holofernes et prin
cipes eius. iudicum v. et vi; Clausit ieremiam
in domum carceris sedechias rex iuda dicens quare
vaticinaris etc. ieremie xxxii; Cum baruch le
gisset uerba que scripserat ex ore ieremie coram ioa
chin rege iuda fecit proici uolumen in ignem etc.
Ier. xxxvi; Postmodum cum ipse ieremias prophetaret ca
ptionem ciuitatis missus est in lacum ubi non erat aqua
sed lutum ier. xxxviii; Pro eo quod daniel probauit
bel et drochonem non esse deos missus fuit in
lacum leonum dan. xiiii; Quia io. dicebat he
rodi non licet tibi habere uxorem fratris tui fecit eum
incarcerari et postea decollari Mt. xiiii Mr.
vi; Quia saluator de multis increpabat ypocri
tas phariseos obseruabant eum et insidiabantur ei ut

quod ueritas odium parit
Gz

accusaret luc. xi. Ipsi eiecerunt cecum natum extra
synagogam quia veritatem constanter affirmabat. Jo. ix.
Principes sacerdotum audientes doctrinam apostolorum de
xpo denunciaverunt eis ne amplius loquerentur in nomine ihu
et illi ibant gaudentes et c. actuum v. Audientes
iudei verba stephani dissecabantur et c. eicientes eum
extra civitatem lapidabant actuum vii. Multos
et magnos adversarios habuit paulus pro verbis veri
tatis et sobrietatis que hominibus loquebatur actuum ix.
deinceps. Item gal. iiii. quod inimicus factus sum vo
bis verum dicens.

De mendatio

Sexta

Primum mendacium fuit a serpente prolatum
dum dixit mulieri nequaquam moriemini gen. iii. Sa
ra perterrita mendacio se excusavit dicens non risi
gen. xviii. Etiam fornicatores dedignantur di
cere mendacium sicut iudas qui dixit mendacii nos
arguere non potuit gen. xxxviii. Mendacium
obstetricum habuit remunerationem temporalem non eternam
licet illud mendacium fuit officiosum exo. i. Flen
tes filii israel dicebant recordamur piscium quos
comedebamus in egipto gratis tamen minus carere e
niebant. iiii. xi. Numquam licet mendacium dicere sed
veritatem habet et expedit quandoque tacere sicut samuel di
cens i. R. xv. ad immolandum domino veni ad aliud enim
principatus venerat michoas hoc facere proponebat. Occi
so unico filiorum david fama pervenit ad ipsum di
cens percussit absalon omnes filios regis ii. R. xiii.
sic faciunt frequenter homines nunciando rumores.
Officiose mentitus est cusi absalon dicens sicut fui
cum patre tuo sic perebo et c. ii. R. xvii. Duo falsi te
stes causa lapidationis nabaoth iii. R. xxi. Spiritus
mendax more prophetarum malorum decepit agab ut

ret ad pugnam et ibidem percussus fuit ad mortem
in p. xxii; Per verba iudith deceptus holofernes
licet excusetur propter intrinsecum quam habuit iudith. x. xi.
xii; Pessimum mendacium adinuenit aman ut posset
confundere mardocheum qui illum nolebat adorare he
ster iii; Detestabile mendacium dixerunt duo senes presbiteri
contra susannam daniel. xiii. illam tamen de maxima
et constantissima castitate commendasse debuissent;
Cum obsideret anthiocus eupator ierusalem nec posset
eam capere misit ad illos qui erant intus pacem
facere et receperunt illam et iurauit illis rex et prin
cipes. sed rupit citius iuramentum et mandauit destrui
murum etc. i. mac. vi; Misit symon triphoni c.
talenta argenti et duos filios ionathe pro liberatio
ne ipsius quia triphon promiserat remittere ionatham
si hoc fieret ei sed mentitus est quia argentum retinu
it et pacem cum filiis interfecit; Mentiti sunt contra
dominum ihesum xpm et phisei qui inuidentes ei di
cebant eum esse peccatorem potatorem. mendacem. voracem
prohibentem tributa dari cesari. gentis subuersorem et
turbarum seductorem. demoniacum et blaphemum;
Nequissimum mendacium excogitauerunt iudei quando corrupe
runt custodes sepulcri domini ut dicerent quod discipuli
nocte furati fuerant corpus domini mt. xxviii; Ana
nias cum uxore mentitus est de precio agri quod dure pu
nitum fuit act. v; Contra beatum stephanum statuerunt
iudei duos falsos testes dicentes homo iste non
cessat loqui verba aduersus sanctum locum et legem act. v;
Contra paulum multa pernitiose fuerunt recogitata
mendacia sicut patet act. xv. occasione phitonisse; Item
xvii. Item xxi. quando iudei iniecerunt manus in eum.

De proditione Sh^m

Item coram felice p̄side xxiiii; et de iupa manui sue herenti xxviii

